reuelat dominus quod melius est. Sic autem dent fratres con
silium cum omni humilitatis subiectione. ut non pre su
mant proaciter defendere quod eis uisum fuerit
sed magis in abbatis pendeat iudicio. Ut quod sa
lubrius esse iudicauerit. ei cuncti obediant;
Sed sicut discipulis conuenit obedire magistro.
ita et ipsum prouide et iuste condecet cuncta.
disponere; In omnibus igitur omnis magistram
sequantur regulam. neque ab eo temere declinetur.
a quoquam; Nullus in monasterio proprii sequatur
cordis uoluntatem. Neque presumat quisquam
cum abbate suo proterue intus aut foris monaste
rio contendere; Quod si presumpserit regulari
disciplinae subiaceat. Ipse tamen abba cum ti
more et obseruatione regule omnia faciat.
Sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequis
simo iudici deo rationem redditurum. Si qua
uero minora agenda sunt in monasterii
utilitatibus. seniorum tantum utatur consilio.
sicut scriptum est. Omnia fac cum consilio et post
factum non penitebit; QUE SUNT INSTRU